

157

Viro Clarissimo atque Doctissimo
 Joanni Ernesto Immanueli Walchio

S. C. D.

Gerardus Meerman.
 Syndicus ripubl. Rotterdam.

Pergrata fuit, quam his ipsis diebus accepi, V. ll. Commentatio Tua de Deo
 Taranuncio; numine, ut bene ais, parum cognito, verum quod Tua et diligentia
 et magna antiquarum rerum peritia e Cimmeriis tenebris clarissima reddidit luci.
 Spero Te similem adhibiturum operam aliis vetustis monumentis illustrandis.

Haud ita pridem prodit Beaufortii opus de Republica Romana, Gallico sermone
 duobus voluminibus in quarto, Haga Comitum typis Nicolai van Dalei, quo omnia
 illa explanantur, quo ad Magistratum officia et jus publicum Romanorum spectant;
 cumque nihil in hoc genere prodierit adeo exauctum, cuperem, ut illud Latino
 sermone donares, atque ubi opus animadversiones adpiceres.

Fasciculum, quem addidisti, mittam ad Magasinum meum prima occasione; verum
 tandem est, quod nihil ab ipso literarum. Vale, v. celeb. et me, quod facis, con-
 stanter ama. Dab. Haga Comitum d. 3. Septemb. 1767.